

propositione 14, in ordine inter damnatas ab Alexand. VII, 24 septembr. 1665, ibi: *Qui facit confessionem voluntarie nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ. Vide art. anteced., n. 29.*

(26. Communio actualis est necessaria, et non sufficit præterita pro lucrando Jubilæo, quando in concessione ipsa expresse requiritur actualiter de tempore Jubilæi; patet a pari ex dictis de confessione actuali supra n. 11. (27. Quando vero in bulla Jubilæi conceditur indulgentia omnibus confessis et communicatis seu sacra communione refectis, sufficit communio, sicuti confessio facta duobus, seu tribus, seu etiam quatuor, et, secundum aliquos, etiam quinque vel sex diebus ante primam Dominicam. Vide verb. *Indulgentia*, art. 3, n. 30, 31 et 32, ubi citantur doctores, et adducitur ratio. (28. Nulla tamen sufficit communio sacrilega, sive sit actualis sive præterita; colligitur ex propositione 35 in ordine inter damnatas ab Innocentio XI, 2 martii 1679, ibi: *Præcepto communionis annuæ satisfacit per sacrilegam Domini manducationem. Ex qua damnata propositione Viva de Jubilæo, qu. 8, art. 4, n. 2, recte infert non posse nunc amplius sustineri, quod sufficiat communio scienter facta in mortali ad lucrandum Jubilæum, licet olim putarint sufficere plures doctores cum Fausto, Filliucio, Suarez, Corduba, Henriquez et aliis. Vide dicta artic. antecedent. n. 29. (29. An autem communio ad lucrandum Jubilæum requiratur etiam in pueris, et ideo possint tanto citius admitti ad communionem, ut tenent Henric., et Layman apud Bellegambe. qu. 6, et La Croix l. vi, part. II, n. 1420; vel, an communio possit pro ipsis pueris commutari in aliud opus pium: vide art. anteced., n. 37.*

(30. Jejunium pro Jubilæo lucrando solet præscribi observandum tribus diebus, scilicet, Mercurii, Veneris, et Sabbati; patet in verbis bullæ pro Jubilæis edi solitæ. (31. Jejunium nequit observari seu fieri extra ipsos dies præscriptos, nec dividi in duas hebdomadas, ut teste La Croix loc. cit. n. 1424, habet *Communis* contra Bonacinam, Layman, et alios, qu. 8, num. 104, disp. 52, sect. 5, de Jubilæo, qu. 6, quorum sententiam card. de Lugo tom. VI, disp. 27, n. 103, vocat falsam. (32. Habens rationalem causam non jejunandi in aliquo seu aliquibus ex præscriptis diebus, potest petere et obtinere commutationem jejunandi in aliis diebus ejusdem hebdomadæ. Henriquez, Filiucci, Gobat de Jubilæo, num. 213; La Croix loc. cit., num. 1424, et alii passim. (33. Non obligati ad jejunium ex præcepto Ecclesiæ, ut pueri, senes, infirmi, itinerantes, laborantes, tenentur jejunare, si lucrari velint Jubilæum, nisi per confessarium in aliud opus pium illis commutetur. *Communis* cum Gobat de Jubilæo, cap. 28, num. 210; Lezana verb. *Jubilæum*, n. 12; La Croix loc. cit. n. 1424. (34. Jejunium pro Jubilæo exigitur tale quale Ecclesia præcipit fidelibus extra Jubilæum. *Communis*

cum Sanchez, in Summ., l. IV, cap. 11, n. 53; Gobat loc. cit. n. 205; La Croix loc. cit., num. 1424. (35. Habens privilegium comedendi carnes in aliis jejuniis debet ipsis abstinere in jejunio pro lucrando Jubilæo, nisi ipsi per confessarium commutetur in aliud opus pium. Azorius part. I, l. VII, cap. 10; Gobat, loc. cit. n. 206; La Croix loc. cit., num. 1442; Lugo tom. VI, disp. 27, num. 109, et alii. (36. Jubilæum potest lucrari per jejunia aliunde debita, v. g. ex præcepto, voto et penitentia, patet ex praxi, cum Jubilæum promulgatur in Quadragesima. Lugo loc. cit., n. 110; Bellegambe part. I, sect. 3, q. 1; La Croix loc. cit., n. 1525, ubi testatur sic tenere communem doctorum contra Silvestrum, Tabien., Armill., et Bonac. Vide art. anteced. n. 53.

(37. Ultimo die Jubilæi possunt per confessarium commutari jejunia, vel in eleemosynas, vel alia opera pia eo die præstanda ab eo qui inculpabiliter ipsa jejunia prætermisit, ex quo ignoraverit v. gr. Jubilæum: Viva q. 8, n. 5, et alii passim. Vide dicta art. anteced., n. 56. (38. Imo ultimo die Jubilæi possunt commutari etiam jejunia voluntarie et mala fide prætermissa in jejunia postmodum ponenda, differendo Jubilæi consecutionem. Viva loc. cit., n. 5, qui adducit hanc rationem: Nam, dicit ipse, quamvis voluntarie redditus sit impotens, adhuc tamen est potens postmodum ponere injuncta jejunia, et in casu impotentiae potest confessarius tempore Jubilæi opera injuncta commutare etiam in opera post Jubilæum ponenda, quoties datur causa differendi Jubilæi consecutionem, ut videtur adesse in casu hujus culpabilis impotentiae. Hæc ille.

(39. Ad eleemosynam dandam pro Jubilæo lucrando tenentur omnes etiam religiosi; et alii pauperes, vel si non possint dare, petere commutationem in aliud opus pium. Et ratio est quia in bulla Jubilæi exigitur expresse eleemosyna, sicut alia opera, subdita facultate commutandi quæ impleri non possint; ergo si religiosi et alii pauperes eleemosynam dare non possint, tenentur commutationem petere. Quando enim concessio facta est sub conditione (uti est concessio indulgentiæ Jubilæi facta sub conditione de eleemosyna danda, vel aliquid aliud faciendi, in quod a confessario eleemosyna commutetur), deficiente conditione, concessio habetur pro non facta, ex l. *Pecunia*, ff. *Si certum petatur*; conditionale autem, non impleta conditione, nihil ponit in esse: tum quia, sicuti ex communi doctorum diximus sub n. 33, quod impotentes ad jejunium, ut pueri, senes, infirmi, laborantes tenentur pro lucrando Jubilæo petere commutationem ipsius jejunii in aliud opus pium, ita dicendum est de religiosis et aliis pauperibus impotentibus ad eleemosynam. Card. de Lugo t. VI, disp. 27, n. 115 et seq.; Viva de Jubilæo, q. 8, art. 6, n. 2; Bellegambe l. c., q. 5; La Croix l. VI, part. II, n. 1430; Lezana in Summ. verb. *Jubilæum*,

n. 14; Felix Potestas t. I, part. IV, n. 3833, et alii plures dicentes quod, licet secundum Navarr., Henric., Fernand., Dian., Gobat, Arsdekin, Leand., et alios, religiosi et alii pauperes impotentes ad eleemosynam non teneantur probabiliter ad aliud opus, consultius tamen et tutius esse ut commutationem petant; vel conventus seu monasterium det pro ipsis, quod posse fieri, et in praxi esse testatur Lugo l. c. n. 116 et seq. subdens posse sic dare, prout de facto dant etiam Fratres Minores, qui, licet tantum usum habeant, dant tamen eleemosynam quando hoc usu se abdicant, quia sic in pauperem transit dominium. Lugo loc. cit., Bellegambe q. 5; La Croix l. c., n. 1430, et alii passim, sic docente communi praxi omnium nostrorum conventuum quotidie eleemosynas in pauperes largientium.

(40. Ut autem pro lucrando Jubilæo securius valeat pro omnibus religiosis eleemosyna a conventu elargita, consultum est servare praxim quam Gobat tr. 3, de Jubilæo, c. 29, n. 217, testatur servari in sua undequaque præstantissima Societate, quod nempe superiores locales, quando publicantur Jubilæa in refectorio vel in alio loco religioso communitatis, præmoneant se curaturos dari ex bonis communibus monasterii eleemosynam pro omnibus, et talem præmonitionem aut monitionem esse necessariam tenet Lugo l. c.; Bellegambe q. 3, loc. cit.; La Croix n. 1428; Maillard et alii, quia cum eleemosyna debeat esse actio moralis, debet procedere ex cognitione et volitione.

(41. Pro quantitate eleemosynæ elargiendæ attendenda est bulla Jubilæi, quæ si dicat elargiendam esse juxta *cujuscunque facultatem*, tunc dives debet dare eleemosynam majorem quam pauper: Gobat, Bonacina, Busemb., Bellegambe quæst. 2; La Croix, loc. cit., n. 1427, et alii. Si bulla nihil determinet et sine addito præscribat eleemosynam dicendo, v. g. *Qui dederit eleemosynam acquirat indulgentiam*, tunc sufficere eleemosynam quantumcunque parvam tenent Diana, Leo, Faustus, Rodriguez, Bonacina, Gobat, et alii, arg. cap. *In obscuris* 30, de Regul. juris in 6, ibi: *In obscuris minimum est sequendum*. Illa autem locutio, *Qui dederit eleemosynam*, est obscura, cum possit æque de magna ac de parva intelligi, adeoque potest intelligi etiam de minima; ubi enim lex non distinguit, neque nos distinguere debemus: cap. *Quia circa* 22, de privileg., et l. *De pretio ff. de publiciana* in rem action. Si autem bulla dicat, ut jam solent dicere bullæ ei solitæ pro Jubilæis hujus sæculi et ætatis, « et eleemosynas ad libitum prout charitas singulis suggesserit, fecerint; vel qui eleemosynam pro arbitrio suo fecerint, vel prout cuique suggeret devotio. » Gobat loc. cit. n. 219; Zecchi et alii docent sufficere præbere quantumcunque parvam eleemosynam. At alii cum La Croix l. c., n. 1427, melius dicunt simul habendam esse rationem dictaminis interni suadentis plus vel minus, et ut dicit Lugo loc. cit., n. 114, curandum esse ut sit in

quantitate proportionata ad finem implorandi divinam opem.

(42. Eleemosyna pro Jubilæo lucrando sufficit, etiamsi detur per alium, v. gr., per famulum, amicum, et hujusmodi. *Communis*, argum., cap. *Qui facit* 73; de Regul. juris in 6, ibi: *Qui facit per alium est perinde ac si faciat per se ipsum*. Si autem famulus vel alius sibi commissam eleemosynam non daret, Homobon, Bonacina, Busemb., Gobat, Corduba, Leo, Rodrig., Sanctarell. cap. 7, dub. 1; Lugo l. c., n. 112; Viva q. 8, art. 6, sub. n. 3, alii dicunt probabilius, quod dominus, seu committens dandam eleemosynam non lucraretur Jubilæum, quia in tali casu non esset data eleemosyna, cum non esset sublevatus pauper; et non posita conditione requisita pro Jubilæo lucrando, uti est ipsa eleemosyna, non acquiritur Jubilæum. Lezana vero verb. *Jubilæum*, n. 14; Sa, verb. *Indulgentia*, n. 4; Pasqualig. qu. 136; Vega, Diecastill., Alloza, et alii, tenent quod dominus, seu committens dandam eleemosynam adhuc in tali casu lucraretur Jubilæum, quia quantum est ex sua parte jam dedit et tradidit eleemosynam, quod probabile et tutum censet etiam Gobat loc. cit., n. 121, et alii.

(43. Nomine pauperum quibus pro lucrando Jubilæo præbenda est eleemosyna, intelliguntur, nedum veri pauperes quibus ex obligatione naturali, aut voto, seu penitentia tenetur quis succurrere, sed etiam qui secundum suum statum, qualitatem, et conditionem non habent necessaria ad victum, et vestitum, et insuper illi qui se fingunt pauperes, cum revera non sint, dummodo pro veris pauperibus credantur. Item loca pia, monasteria religiosorum, hospitalia, et ecclesiæ, quæ indigent luminaribus, ornamentis, ædificiis, et hujusmodi Gobat loc. cit., n. 222; La Croix l. c., n. 1429; Bellegambe qu. 4; Diana, Sanchez, Lugo, Navarr., et alii passim.

(44. Quoad tempus adimplendi opera præscripta, non omnes circa omnia conveniunt. Diana enim, Præpositus, Naldus, Layman, Bonacina, Palaus cum Gobat in Quinario, tract. 3, de Jubilæo, cap. 11, num. 72; Navarr., Lezana, Rodrig., Bossius et alii, dicunt non opus esse ut omnia opera præscripta adimpleantur seu ponantur intra unam et eandem hebdomadam ex duabus assignatis, sed posse adimpleri seu poni partim in una et partim in altera hebdomada, v. g. in prima hebdomada jejunia, in secunda visitatio ecclesiarum, eleemosyna, confessio, communio, etc. Et nituntur hoc probare ex verbis bullæ, quæ non convincunt debere poni omnia opera præscripta, præter tria jejunia, intra unam et eandem hebdomadam. Bulla enim Jubilæi hæc verba solet habere: « Qui prima vel secunda hebdomada ecclesias visitaverint, ac feria quarta, sexta, et Sabbato alterius hebdomadæ jejunaverint, pariterque confessi et sanctissima communionem refecti fuerint, et eleemosyna, » etc. Ex quibus verbis, dicunt ipsi, apparet omnia opera, præter jejunia, posse poni seu adimpleri prima vel secunda heb-

domada. Henriquez autem lib. vii, cap. 11; Sanchez lib. iv, cap. 4; Felix Potestas tom. I, part. iv, n. 3830; Sanctarell. cap. 7, dub. 1; Lugo loc. cit., n. 100; Reiffenstuel Theol. Moral., tract. 12, dist. 3, num. 114, in fine; Ugolinus, Faustus, Reginaldus, cum Viva de Jubilæo, qu. 8, art. 2, sub num. 3, et alii plures, tenent probabilius et tutius omnia opera præscripta ponenda seu adimplenda esse intra unam et eandem hebdomadam. Et ratio est, quia, ut recte observat sapientissimus Viva, dum dicitur *Qui prima, vel secunda hebdomada*, ponuntur a Papa duo tempora quibus lucrari possit Jubilæum, cõsitis seu adimpletis operibus præscriptis, non vero statuitur unum tempus quindecim dierum quo possint opera præscripta poni seu adimpleri: hoc enim videtur operari particula *vel*; aliter non diceretur: *Qui prima, vel secunda hebdomada*, sed diceretur: *Qui his quindecim diebus*. Ideo autem duæ hebdomadæ assignantur, ut qui nequit prima, possit Jubilæum lucrari secunda; non vero ut possint opera dividi, quia dictio illa alternativa *vel* tribuit actum cuilibet in solidum, ut notat glossa in cap. *Cum plures*, de Offic. delegati in 6, et facit sensum disjunctivum explicatum. Hæc ille. Et hanc sententiam vocat tutiorem ipsemet Gobat loc. cit., quamvis dixerit esse aliam probabiliorẽ; et sic etiam tutiorem vocant alii passim, et signanter Reiffenstuel loc. cit., dicens quod sit tutior, ac proin in praxi merito tenenda et consulenda, et Felix Potestas loc. cit., dicit absolute opera præscripta debere omnino intra unam et eandem septimanam impleri.

(45. Confessio tamen, et communio, quando in bulla non requiritur expresse de tempore Jubilæi, sed conceditur indulgentia omnibus confessis et sacra communione reffectis, potest fieri uno, vel etiam duobus, aut tribus, seu etiam quatuor, et, secundum aliquos, etiam quinque vel sex diebus ante primam Dominicam, dummodo lucraturus Jubilæum perseveraverit in gratia usque ad diem lucrandi Jubilæum. Vide supra n. 27, et verb. *Indulgentia*, art. 3, n. 30, 31 et 32, ubi citantur doctores, et adducitur ratio. (46. Requiritur enim, et sufficit probabilius ad consequendam indulgentiam Jubilæi, quod lucraturus sit in statu gratiæ, saltem dum perficit et ponit ultimum opus præscriptum. Lugo tom. VI, disp. 27, num. 83; Mastrius Theol. Moral., disp. 21, num. 61; Herinex disp. 4, de Satisfact., qu. 11, n. 77; Reiffenstuel tract. 12, dist. 2, q. 3, n. 33, et dist. 3, q. 3, n. 104; Suarez disp. 52, sect. 5; Viva de Jubilæo, quæst. 6, art. 2, num. 4; Layman, Palaus, Bonacina, Bossius, et alii. (47. Et Jubilæum ad duas hebdomadas concessum potest probabiliter bis obtineri, si in utraque hebdomada repetantur opera præscripta. Vide art. ant. num. 15, ubi citantur doctores, et adducitur ratio, quamvis tamen sit æque probabilis etiam opposita sententia propter adducta ib. n. 26. (48. Opera autem præscripta debent ita integre adimpleri, ut si aliquid ipsorum, vel penitus, vel quoad partem notabilem omittatur,

sive id fiat ex ignorantia, seu oblivione, sive ex negligentia, aut impotentia (seclusa commutatione in aliud opus pium a confessario facta), non obtineatur quidquam de indulgentia Jubilæi. S. Th. in 5, dist. 20, q. 3; Reiffenst. cit. dist. 3, q. 8, num. 105; Gobat de Jubilæo, c. 11, n. 61, et ipso teste, et alii communiter. Et ratio est quia Jubilæum conceditur a Papa sub conditione adimplendi omnia opera præscripta, vel aliquid aliud faciendi, in quod a confessario aliqua ipsorum sint ex rationabili causa commutata; quando autem concessio facta est sub aliqua conditione, deficiente tali conditione, concessio habetur pro non facta, ex l. *Peccatum*, ff. *Si certum petatur*. Conditionale enim, non impleta conditione, nihil ponit in esse, adeoque, etc.

(49. Tempus Jubilæi extraordinarii concessum ad duas hebdomadas comprehendit quindecim dies, id est tres Dominicas et 12 dies feriales, si inchoetur a die Dominica, ut fieri solet. La Croix lib. vi, part. ii, num. 1397; Layman lib. v, tract. 8, num. 7, ubi testatur esse receptum more Germanicarum Ecclesiarum ut quindecim dies permittantur. Totidem permittendos esse dicit P. Paulus Hispanus, part. iv, tract. 24, punct. 12, § 3, num. 3. Totidem Cotonius Italus controvers. lib. ii, contr. 12, num. 16 et 17; Felix Potestas tom. I, part. iv, num. 3824, et alii plures, et Gobat in Quinario, tract. 3, cap. 11, sub num. 63, vers. *Dixi tertio*, ubi testatur se non recordari fuisse minus quam quindecim dies assignatos illis duarum hebdomadarum octodecim diebus, quibus fructus est in diversis episcopatibus. (50. Quamvis tamen subjungat, nonnullos episcopos expressisse opera præscripta esse perficienda intra quatuordecim dies. Quod si aliqui alii episcopi id clare exprimerent et declararent tempus Jubilæi non extendi ultra quatuordecim dies, esset standum tali expressioni et declarationi, nisi aliter constaret de mente Pontificis, quia bulla Jubilæi non exprimit nisi duas hebdomadas, et hebdomada non continet nisi septem dies. (51. Licet enim episcopi nequeant decurrere tale tempus, et illud arctare intra unam hebdomadam, ut recte dicit Gobat l. c., n. 63, ubi notat errasse quemdam vicarium generalem, qui determinavit pro universis unam solam hebdomadam; tamen alio non constante de mente Pontificis, si expresse declararet esse perficienda opera præscripta inter determinatos quatuordecim dies, esset standum tali declarationi, quia, quod tempus Jubilæi comprehendat 15 dies, ex verbis bullæ affirmari non potest, ut recte notat Layman loc. cit., sed ex benigna DD. interpretatione, accedente Ecclesiarum consuetudine, secundum quam fideles tertia Dominica, quæ est dies 15 ab inchoatione Jubilæi, ad sacramenta accedunt. Et cardinalis de Lugo aliique plures Hispani et Itali, teste Gobat loc. cit., vers. *Dixi tertio*, dicunt esse peculiariter permissum, ut confessio et communio peragantur tertia Dominica indicti Jubilæi.

(52. Ordinarii possunt duas Jubilæi heb-

domadas facere inchoari quocunque die septimanæ prout occursus festorum aut aliaratio prudens suggesserit, dummodo tamen adsit tempus adimplendi jejunium tribus præscriptis diebus intra unam et eandem hebdomadam, ut requiri diximus supra num. 31 et 44. (53. Conveniens tamen et expediens est, ut advertit Gobat loc. cit., sub num. 70, ita inchoare illas hebdomadas, ut tam prima quam secunda incipiat a festo, adeoque quartusdecimus vel quintusdecimus dies Jubilæi desinat in festo. Et Layman loc. cit., num. 7, dicit quod, cum clarissime pateat diem Dominicam qua incipit Jubilæum connumerandum esse inter dies quibus confessio et communio institui possit, ideo, ne ea dies excludatur, conveniens esse videtur ut promulgatio Jubilæi fiat in ecclesiis ante eam Dominicam. (54. Ordinarii aut parochi mortaliter peccant si absque pergravi causa ex negligentia diutius differant promulgationem seu indictionem Jubilæi. Pontifices enim solent in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipere episcopis, « Ut cum primum Jubilæi litterarum transumpta, atque exempla etiam impressa acceperint, illa statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimento.... publicent, vel publicari faciant. » Et Sixtus V, const. 1, apud Cherubinum (ex cujus mente loqui videntur posteriores Pontifices) diserte imperat inchoari Jubilæum prima vel secunda hebdomada immediate post habitam notitiam Jubilæi, adeoque, cum deficient in materia gravi, graviter peccant: Gobat l. c., n. 68; Pax Jordan. Elucubration. volum. I, lib. v, tit. 16, num. 69 et 70, ubi dicit ita statim debere episcopum publicare facere Jubilæum, ut non possit, neque occasione mensis, vindemiarum, vel alterius cujuscunque occupationis et impedimenti ad aliud tempus differre, etiamsi publica populorum commoditas aliud exposcens, obnoxia precibus ad differendum requiretur, eo quod in brevibus talium concessionum sequens clausula soleat apponi: « Quapropter tenore præsentium in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipimus atque mandamus omnibus et quibuscunque venerabilibus fratribus patriarchis, archiepiscopis, episcopis, etc., ut cum primum litterarum transumpta, aut exemplaria, etiam impressa acceperint, illa statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimento per suas ecclesias, et dioceses, provincias, civitates, oppida, terras et loca, publicent, aut publicari faciant, » etc. Quæ quidem verba, ut dicit ipse, sunt adeo præcisa et geminata, ut nulla possit cadere dubitatio quin talis fuerit Papæ intentio quod non differatur publicatio. (55. Imo subjungit quod ex illis verbis, « per suas ecclesias, et dioceses, provincias, civitates, oppida, terras, et loca, » similiter manifeste apparet eodem tempore publicationem esse faciendam pro civitate et diocesi, non autem elapso tempore civitatis, publicare pro diocesi; hoc enim directe censetur contra intentionem Papæ verbis supradictis expressam. Caveant igitur omnes ad quos spectat

publicare, ne differant neque separent civitatem a diocesi quoad præfatam publicationem, alioquin non excusabuntur a mortali, quia Papa præcipit illis in virtute sanctæ obedientiæ. Hæc ille. Pellizarius tamen, et alii, apud La Croix loc. cit., num. 1397, putant posse ex rationabili causa prius in urbe, postea in diocesi, aut etiam postea pro monialibus, ut omnes possint successive, commode habere extraordinarios confessarios, præsertim ubi pauci reperiuntur.

(56. Opera præscripta pro Jubilæo lucrando possunt impleri partim in uno loco et partim in alio, dummodo visitatio ecclesiarum fiat in loco publicati Jubilæi: Lugo cit. disp. 17, a n. 123; Bellegambe part. iii, sect. 3, q. 6; Layman lib. v, cap. 8, n. 11; Sannig lib. v Decret. tit. de Pœnit. et remiss., cap. 2, num. 16; Gobat loc. cit., num. 89; La Croix loc. cit., num. 1434; Diana part. v, tract. 12, resol. 53; Castrop., Bonacina, et alii passim. Et ratio est, quia favor Jubilæi est personalis: ex cap. autem *Privilegium* 7, de Regul. Juris in 6, *Privilegium personale personam sequitur*, adeoque quocunque quis pergat, feret secum istum favorem et jus utendi omnibus Jubilæi facultatibus. Tum quia bulla Jubilæi non requirit ut omnia opera impleantur in loco publicati Jubilæi, adeoque, etc. (57. Dicitur autem notanter dummodo visitatio ecclesiarum fiat in loco publicati Jubilæi, quia cum visitatio debeat fieri illarum solarum ecclesiarum quas ordinarius designavit, non potest fieri in alio loco in quo nondum est promulgatum Jubilæum, et consequenter nondum designatæ sunt ecclesiæ visitandæ: Layman, Diana loc. cit.; Lugo loc. cit., n. 127; Gobat loc. cit., num. 90.

(58. Hinc colliges quod, si quis in loco ubi publicatum est Jubilæum, visitaverit designatas ecclesias, et inde iter arripuerit, poterit in itinere reliqua opera peragere: *Citati doctores*. Nec tenetur ratione Jubilæi differre iter in aliud tempus; nam bulla sine distinctione offert gratiam iter agentibus: Gobat loc. cit. sub num. 90, in fine, et alii passim. (59. Item, si quis iter faciens perveniat ad locum in quo Jubilæum celebratur, sive pervenerit illuc ante, sive primum post promulgationem, poterit ibi præstando opera præscripta lucrari Jubilæum æque ac incola, quia per præsentiam in illo loco statim acquirit jus. Et si ibi nequeat omnia opera præscripta implere, poterit, visitatis ibi designatis ecclesiis, suum prosequi iter, et in itinere reliqua opera implere et Jubilæum lucrari; Lugo loc. cit., num. 126 et 127; Layman loc. cit. num. 11; Gobat loc. cit. num. 90, et alii. (60. Item, si quis ultimo die perveniat ad locum Jubilæi, potest petere ut opera quæ facere non potest sibi commutentur, et sic ibi lucrari Jubilæum: Lugo loc. cit., num. 125; La Croix loc. cit., num. 1436; Bellegambe part. ii, sect. 5, qu. 5, et alii. (61. Item, si quis post lucratum Jubilæum in sua patria pergat ad alium locum ubi celebratur Jubilæum, poterit probabilius

ibi iterum lucrari Jubilæum replicando ibi opera præscripta. Vide artic. anteced., num. 25, ubi citantur doctores, et adducitur ratio; quamvis tamen, ut ibi num. 26, dictum fuit, sit vere probabilis etiam sententia contraria. (62. Item, si quis tempore publicati Jubilæi in sua patria, etiam ultimo die primæ, vel secundæ hebdomadæ iter arripiat, nec in itinere impleat cætera opera præscripta, poterit reversus præstando opera præscripta Jubilæum lucrari, quamvis Jubilæi tempus fuerit elapsum, quia Papa concedit navigantibus et iter agentibus ut reversi habeant alias duas completas hebdomadas. Nec obstat quod in sua patria, seu loco publicationis fuerit per totam primam hebdomadam, et quasi per totam secundam, quia, cum Pontifex velit quod unusquisque habeat duarum completarum hebdomadarum spatium, in quo cum quiete et devotione possit se præparare et Jubilæum lucrari, talis nec tunc habet hebdomadam completam ad quietem et devotionem requisitam: Lugo loc. cit., num. 123; Gobat loc. cit., n. 90; Bellegambe sect. 2, q. 4; La Croix loc. cit., n. 1434, et alii, et faciunt dicta supra n. 38. Vide ibi.

Alia ad rem. Vide verb. *Indulgentia*.

APPENDIX

In qua exponitur declaratio facta a doctissimo viro Ubaldo Giraldo a S. Cajetano Scholarum Piarum juxta constitutiones editas a Benedicto XIV, pro anno Jubilæi 1750, quæ quidem declaratio in variis paragraphis distincta exhibetur, prout ab auctore exarata fuit.

§ I. Della sospensione delle indulgenze in tempo di Giubileo.

Durante l' Anno Santo restano sospese tanto in Roma, quanto fuori, tutte le indulgenze, si plenarie, che non plenarie anche perpetue. *Cum nos nuper*, § *Cæterum*.

Eccettuate le seguenti.

- I. Quelle concedute in articolo mortis.
- II. Quelle, che possono concedere i vescovi, ed altri prelati ordinari de' luoghi, a tenore delle lettere apostoliche di nostro Signore sotto li 5 Aprile 1747.
- III. Quelle concedute in recitare l'*Ave Maria*, e solite preci al suono della campana la mattina, mezzo dì, e sera, o ginocchioni, o in piedi, secondo i tempi.
- IV. Quelle di 7 anni e 7 quarantene concedute a chi confessato, e comunicato, o almeno contrito, con fermo proposito di confessarsi, visita la chiesa, ove è esposto il Venerabile per l'orazione delle Quaranta Ore, ivi pregando secondo l'intenzione di S. Chiesa.
- V. Quelle concedute a chi accompagna il santissimo Viatico, ed a chi manda torce, o lumi da portarsi da altri in detta occasione.
- VI. Quelle solite concedersi da' legati, nunzi della S. Sede, ed anche da' vescovi nell' esercizio de' Pontificali, o nel dare la

benedizione, o in altra consueta forma.

VII. Quelle degli altari privilegiati per i defonti.

VIII. Quelle concedute direttamente per detti defonti.

IX. Quelle concedute a' vivi, con espressa facoltà di applicarle per essi defonti, da valere però per detti soli defonti.

X. Quelle tutte concedute a' vivi, anche senza espressa facoltà di applicarle per i defonti, da valere medesimamente per detti soli defonti. *Cum nos nuper*, § *Itaque*.

§ II. Della sospensione delle facoltà di assolvere da' casi, e censure riservate alla S. Sede, e contenute nella bolla della Cena, di commutare voti, e dispensare sopra l'irregolarità, ed altri impedimenti.

Durante lo stesso Anno Santo, restano sospese (solamente però fuori di Roma) tutte le facoltà sopradette concedute a chiunque in qualunque maniera, occasione, o titolo, anche per causa d'indulgenza. *Ibid.*, § *Cæteras*. *Convocatis*, § 55 et 56. Lettera circolare n. 32, pag. 42.

Eccettuate le seguenti.

I. Quelle de' tribunali della S. Inquisizione, di propaganda Fido, e degli ufficiali, missionari, e ministri deputati da essi tribunali, o dalla S. Sede per estirpazione dell'eresia, e particolarmente di assolvere dalla detta eresia quei, che fanno abjura de' loro errori.

II. Quelle concedute dalla S. Penitenziaria ai missionari ne' luoghi, ed in occasione delle missioni.

III. Quelle de' vescovi, e di altri prelati nelle loro rispettive diocesi, circa il dispensare, ed assolvere i loro sudditi ne' casi occultati, anche riservati alla S. Sede, *prout ipsis a S. Tridentina synodo, seu alias, etiam in publicis, a jure communi ecclesiastico, et ab eadem Apostolica sede, p. c. certis personis, et casibus indultæ, permissæque dignoscuntur*.

IV. Quelle de' superiori regolari, delle quali sono in certo, e pacifico possesso rispetto però solamente a' loro sudditi regolari, e non secolari, tanto in Roma, quanto fuori. *Cum nos nuper*, § *Præservatis*. Lettera circolare num. 32, pag. 42.

§ III. Delle opere ingiunte alli Romani, e forastieri abitanti in Roma.

I Fedeli dell' uno e l'altro sesso per acquistare l'indulgenza plenaria, e godere degli indulti ad essa annessi, durante l'Anno Santo, debbono adempire le seguenti quattro opere ingiunte. *Peregrinantes* § *Quo quidem*.

- I. Se sono abitanti di Roma, e suo distretto, intendendosi per i primi:
- II. Quei ivi nati, e che vi abitano.
- III. Quei venuti con animo di abitarvi la maggior parte dell'anno.
- IV. Quei, che vi stanno con qualche impiego, o per ritrovarvelo.

V. Quei, che vi vengono per altra causa, che per il Giubileo.

VI. Quei, che venuti per tal fine, vi si trattengono piu di sei mesi.

E per i secondi, cioè del distretto, tutti gli Abitanti dentro le cinque miglia fuori delle porte, o nativi, o venuti, come sopra. *Convocatis*, § 44, detta lettera circolare num. 72, pag. 92.

Debbono visitare, almeno una volta al giorno, quale può computarsi, o da una mezza notte all'altra, o dai vesperi del giorno precedente fino a tutti i vesperini crepuscoli del susseguente. *Peregrinantes*, § *Quo quidem*, per trenta giorni continui, o interpolati, le Basiliche di S. Pietro, di S. Paolo, di S. Giovanni in Laterano, e di Santa Maria Maggiore. Detto § *Quo quidem*, e tutte quattro in un istesso giorno, computato, come sopra, e detta visita deve esser fatta con intenzione di onorare Dio, e i suoi santi, e vi si debbono esercitare atti di religione. Detta lettera circolare num. 11, pag. 102.

E se sono forastieri, cioè tutti gli altri non compresi sotto il nome di abitanti di Roma, e suo Distretto, almeno quindici de' suddetti giorni, medesimamente una volta al giorno tutte quattro. *Peregrinantes*. § *Quo quidem*.

Nè è necessario per l'acquisto della indulgenza entrare, o uscire per le porte sante. *Convocatis*, § 49.

Detti forastieri, se dopo intrapreso il viaggio a tal fine per Roma, o anche pervenuti, o nel cammino, o nella stessa città impediti da malattia, o da altra legittima causa, o sopraggiunti da morte, non avessero compito, o nè pure cominciato detto numero di visite, possono godere della medesima Indulgenza, e remissione, come se effettivamente le avessero compito, purchè siansi confessati, e comunicati. *Peregrinantes*, § *Et quoniam*.

In caso d'indulto di minorazione del numero delle visite pubblicato dopo essersi da taluno fatta qualcuna delle dette visite a se prescritte, cioè, o di 30, o di 15, rispettivamente, può prevalersi delle visite fatte per compire il numero prescritto in detto Indulto, come ancora, se prima dell'Indulto avesse compito il numero in esso prescritto, purchè faccia almeno un'altra visita. *Convocatis*, § 50.

II. Debbono sì gli uni, che gli altri porgere a Dio in dette visite devote preghiere per l'esaltazione della S. Chiesa, estirpazione dell'eresie, concordia de' principi cattolici, salute, e pace di tutto il popolo Cristiano. *Peregrinantes*, § *Quo quidem*.

Quali preghiere non vengono determinate nè in qualità, nè in durata: non debbono però esser sì brevi, che denolino poco affetto agli esercizi spirituali. *Ib.* dicto § *Quo quidem*. Lett. circolare num. 83, pag. 114.

Nè è necessario che sia orazione mentale bastando la vocale, e facendosi la mentale, vi si deve aggiungere qualche orazione vocale. *Convocatis*, § 51.

Quantunque non sia necessario per l'acquisto della indulgenza essere in grazia, o

premettere la confessione sacramentale a dette visite, bastando, che l'ultima opera sia fatta in grazia: nulladimeno, acciocchè queste siano meritorie, è molto commendabile, che sian fatte, o dopo una fruttuosa confessione, o dopo un atto di contrizione. *Convocatis*, § 45. Lettera circolare n. 75 e 76, pag. 93 a 102.

III. Debbono fare la confessione sacramentale de' loro peccati realmente, e non in voto, quantunque non fossero rei, che di peccati veniali. *Convocatis*, § 46. Lettera circolare num. 7, pag. 11.

Quale dovranno ripetere prima dell'ultima opera ingiunta nel solo caso, che dopo fatte alcune di dette visite in istato di grazia, ricadano in peccato mortale, senza obbligo di ripetere le già fatte. *Convocatis*, § 47.

IV. Debbono fare la santa comunione sacramentale insieme, e spirituale, cioè non sacrilega, non essendo sufficiente la sola spirituale. *Peregrinantes*, § *Quo quidem*. *Convocatis*, § 48. Lettera circolare num. 2, pag. 7.

La mancanza della quale non impedisce l'acquisto della indulgenza a' fanciulli, che per ragione di età ne sono incapaci, potendosi dal confessore commutare in altra opera pia. Se poi se ne fossero resi capaci dentro il decorso dell' Anno Santo, in tal caso sarebbero a questa tenuti. *Convocatis*, § 48.

Come nè tampoco impedisce a partecipare dei favori del Giubileo, cioè dell'assoluzione da' peccati riservati, e censure, commutazione di voti, e dispense ottenute, la mancanza delle visite, e comunione a quei, che essendosi già confessati con serio animo di adempire dette opere, e poi pentiti, non l'adempiano, benchè peccino mortalmente. *Ibid.*, § 54. Lettera circolare num. 86, pag. 120.

Del qual peccato sono anche rei tutti quelli, che senza licenza de' loro rispettivi superiori vengono a Roma per l'acquisto del Giubileo, come sono li vescovi, parroci, religiosi, mogli ed anche i mariti, se vi vengono con grave incomodo delle mogli; i quali però, ciò non ostante, possono partecipare della Indulgenza, e suddetti favori, se giuntivi, si confessano anche di questo peccato. *Ibid.*, num. 68, pag. 87, 88.

Queste quattro opere ingiunte, possono reiterarsi quante volte ad ognuno piacerà, tanto prima, quanto dopo qualche indulto di minorazione di visite, che sopravvenisse; ad effetto però di conseguire la sola indulgenza, e non di partecipare de' favori ad essa annessi. Onde se dopo essere stato partecipe la prima volta di detti favori e di nuovo incorso nelli casi riservati, e censure, o ha bisogno di nuove commutazioni, e dispense, non ne può più essere assoluto, commutato, e dispensato. *Convocatis*, § 52. Lettera circolare num. 84, pag. 117.

§ IV. Delle monache, Oblate, ed altre persone dell' uno e l'altro sesso dimoranti sì in Roma, che fuori, alle quali può commutarsi in altre opere pie la visita delle quat-